

allam sententiam adoptat Keplerus, quam  
in Astron. part. opt. p. 248. proponit: Non  
invitus, inquit, cum Plutarchō in hanc sen-  
tentiam concedo, cuius mihi jam pridem &  
*Mæstlinus* Præceptor meus autor fuit., Di-  
coque Lunæ talē esse corpus, quale hæc no-  
stra terra est, ex aqua & continentibus unum  
efficiens globum. Idem Keplerus in *Nunc.  
Sider.* Galil. p. 32. citat *Mæstlinum*, testantem  
se pluvias observasse in corpore Lunari  
vespere Dominicæ Palmarum Anno 1605.  
Imò in eadem dissert: alicubi dicit, verò non  
absimile esse, non tantū in Luna, sed etiam  
in Jove incolas esse, quos detectum iri non  
desperat, si dentur naves aut vela per auram  
cælestem ; Ab hac sententia parum abest  
*Adrianus Metius*, *Doctr. Sph. L. V.* quo in  
loco refert, *Iacobum Metium*, Germanum  
suum, habuisse tubum opticum, cuius ope,  
ad trium milliarium distantiam, litteras di-  
stinctè legere potuerit, atque ejusdem bene-  
ficio in corpore Lunæ conspexisse montes,  
& opposito solis, umbram desespargentes,  
itemque valles, & instar jugerum, atque  
marium planities. Eandem opinionem quo-

ad